

„ obijicitur, non multum movere debet, cum  
 „ id opus non sit Augustini, ac ne probati  
 „ quidem Authoris . . .

Ad XI. verba illa non esse reprehendentis  
 peccantem, sed docentis, & instruentis  
 ignorantem; vel si reprehendentis, non  
 raman culpam, sed errorem, vel igno-  
 rantiam. Et ita intelliguntur & expli-  
 cantur ab Eftio Ambrosius, & Maximus.  
 Ad XII. uti diximus ad X. dicitur, quod  
 dubitatio illa, & fluctuatio non fuerit de  
 rei substantia, sed de modo; quemadmo-  
 dum fuit, quando Angelo dixit: *Quomodo*  
*fiet ifstud?* Et tamen Angelo sine dubio  
 credebat. Questiones autem novi Testa-  
 menti non sunt opus Augustini, ut di-  
 cendum est nuper.

Pro Coronide Dissertationis, subdimis Cen-  
 suras, quibus opiniones contrariæ senien-  
 tiae nostræ ab Authoribus intruuntur.  
 Eftius hæc habet: „ Quanvis igitur pri-  
 mam, & secundam opinionem nec ut hæ-  
 reticam, nec ut erroneam damnaram le-  
 gamus; ac forte nec ut tales damnari pos-  
 sent; tertiam tamen ea sententia proba-  
 bilitate tenet Ecclesia, ut temerarium  
 sit ei tunc contradicere . . .

Fortius autem loquitur eruditissimus Au-  
 thor Norarum ad Eftium editionis Nea-  
 politanæ, qui dicitur C. L. V. Julius de  
 Torno Metropolitanæ Ecclesiæ Neapo-  
 lis Canonicus: „ Majori censura, quam  
 temeritatis dignam existimat, & jure  
 merito Autores eam opinionem, que  
 vel levissimam B. V. peccati suape vo-  
 luntate conceptri labeculam affingit. Et  
 quidem hodie, ut inquit Dionys. Petavius  
 , tom. 5. Theolog. dogm. parte 2. lib. 14. cap.  
 1. num. 3. Nemo Catholiceus ea de re dubi-

„ tat. Scilicet Catholici omnes certo, ac  
 „ firmiter tenent, & existimant, Sanctissi-  
 „ mam Dei Genitricem ab omni inquina-  
 „ tione peccati etiam levissimi, puram suis-  
 „ se, ac immunem. Barthol. Medina in 3.  
 „ par. S. Thomas qu. 27. art. 4. in Expositio-  
 „ articuli concil. i. sic contrariam veritati  
 „ Catholicæ assertionem fugillat. Prima  
 „ conclusio: error est manifestus contra fi-  
 „ dem afferere, quod B. Maria habuerit  
 „ aliquod peccatum actuale, nam in Con-  
 „ cil. Trident. sess. 6. can. 23. diffinita est hæc  
 „ conclusio, & constat ex traditione ecclæ-  
 „ siastica, & quidam concionator, qui  
 „ contrarium visus est Romæ prædicâ-  
 „ re, non recte explicans Augustini au-  
 „ thoritatem (ex lib. quæst. veteris, &  
 „ novi Testam. qu. 73.) coactus est pu-  
 „ blice recantare sententiam. Sane vero  
 „ assertio contraria traditioni, sensui, ac  
 „ certæ, firmaque persuasioni totius Ca-  
 „ tholicæ Ecclesiæ, quam Synodus Gene-  
 „ ralis, Trident. scilicet, restatur, plusquam  
 „ temeraria dicenda; miriori proinde cen-  
 „ sura ab Auctore notata videtur . . .

Fortius agit Suarez 3. par. qu. 27. art. 6. dub.  
 4. sess. 4. scribens: „ Omissis Hæreticis,  
 „ inter Scolasticos Gregor. in 2. distinct. 30.  
 „ qu. 2. art. 1. ausus est dicere, Virginem in-  
 „ terdum venialiter peccasse, ne illam fa-  
 „ teretur fuisse a peccato originali immu-  
 „ nem, quia juxta Augultini regulam, nul-  
 „ lis est in peccato originali conceptus,  
 „ qui non interdum venialiter peccaverit.  
 „ Cui sententia nonnullæ Patrum locutio-  
 „ nes interdum favere videntur. Sed nihil  
 „ minus hæc sententia ab Ecclesia rejecta  
 „ & damnata est. . .

